INCLYTAE

UNIVERSITATI LITERARUM BEROLINENSI

IDIBUS OCTOBRIBUS A. MDCCCLX

SEMISAECULARIA

CELEBRANTI

GRATULATUR

UNIVERSITATIS LITERARUM MARBURGENSIS

PRORECTOR CUM SENATU.

INEST ERNESTI RANKE SPECIMEN

CODICIS NOVI TESTAMENTI FULDENSIS.

DATUM MARBURGI

MDCCCLX.

Cur novi Sprehae placidas ad undas
excitant mentem sonitus? superba
cur novo splendore palatiorum
comta refulget

urbs Borussorum? quid agit decora
in domo regum chorus hic verendus?
Artibus gaudens academiisque
Dic, age, Musa!

Nullus hic pompae locus est inerti,
nullus est fuco neque glorianti
fastui. Dignam nivibus comarum
ecce senectam

et viros nervis iuvenum vigentes
pube cum florente ad agenda sacra
hic vides iunctos superas in auras
mittere voces.

Gratias solvunt, pia vota fundunt,
dant precum laudes. Celebrant, decem ante
lustra quod clemens Deus ex profunda
nocte retexit

lumen. Illius memori ruinae
frigidi horrores etiamnum inhaerent,
qua ferox quondam patriae occupatos
undique fines

hostis afflixit subolesque clade
heu Tuisconis ruit universa.
Tunc ubi victricis amica gentis
palma Borussae?

Tunc ubi vexilla prius corusca
urbium? cuius fuit, his in arvis
quod spei incertae rigido labore
sevit arator?

Unde tunc leges populis acerbae?
Regibus nostris aliena iussa
Unde? Gallorum strepitu insolenti
cuncta repleta!

Et cuinam tunc licuit dolores
publicos efferre? cui querendi
ulla libertas tribuit malorum
dulce levamen?

Heu decus summum patriae optimumque
tunc, fides Germana, oculos gigantis
luridos horrens, subiit propinqua
labe periclum!

Sed Deus, sed cunctipotens columnam
proiici quassam vetuit. Fideli
filio et regi patriae, severa
sorte probato,

Friderico Guilielmo ahenum
robur inspirat. Lodovica fida
coniugi coniux velut ex corona
caelicolarum

adstat in terris, ope mox peracta
in beatorum reditura sedes,
ut suis, quae non pereant, Borussis
munera linquat;

adstat ornatus meritis virorum
coetus, altari patriae sacratos
adgerens ignes, quibus in tyranni
regna nefasta

omnium, qui ferra ferant, bonorum
proelium extremum statuunt, futuri
per Deum certis animis triumphi
pectoribusque

masculis. Lux illa, soror sororum
docta doctarum in serie, chori dux
quae salutanda es, studio flagranti
te dedit urbis!

Illa lux, qua rex, sator ut paternus,
te, coercens regificum apparatum,
Divitem et grandem voluit, benigna
te dedit orbi,

spem novam certamque resuscitandae
ex gravi luctu patriae universae!
Illa fortunata dies piorum
cordibus omni

gratulabundis celebretur aevo!
Nam fidem servans tua reddidisti
dona donanti. Locuples ab illo
divitiarum

aureum semen patriae per arva
larga sparsisti. Iuvenum cohortes
artium sertis studiique lauro
conspicuorum

induisti armis, violenta Galli
castra fracturas, meritoque cultu
restituturas patrios, resarta
pace, penates.

Tanta nascenti tibi sunt tributa!
Rivulis parvis oriuntur amnes:
ex redundanti tua magna fonte
volvitur unda.

Magna volvatur! vegetam et salutem,
rege coelesti latices alente,
per virescentis patriae beata
prata volutet!

SPECIMEN
CODICIS NOVI TESTAMENTI FULDENSIS.

Exstat inter reliquias sancti Bonifacii, quae ad thesaurum ecclesiae cathedralis Fuldensis pertinent, venerandae antiquitatis codex membraneus, Novum Testamentum ex versione Hieronymiana continens, anno p. Chr. n. DXLVI iteratisque curis DXLVII a Victore Capuae episcopo propria manu correctus et compluribus eiusdem subscriptionibus signis atque adnotationibus instructus.

Cuius pretium quum multiplex est, tum in ea maxime re cernitur, quod inter antiquissima est versionis ss. scripturarum Hieronymianae documenta. Quae quantae sit auctoritatis nonnisi ab iis penitus intelligitur, qui quae ratio inter illum atque ipsam Romanae ecclesiae naturam intersit bene explorarunt. Hieronymi enim versio post praeterita aliqua saecula, quibus fere pari fruebatur aestimatione atque veteres illae, quae a recentioribus Italae appellatione iusto audacius comprehenduntur, ad ipsam libri ecclesiastici auctoritatem evecta in summo honoris fastigio per totum medium aevum versata est, immo quod Paparum Romanorum ditionem attinet ad hunc usque diem versatur. Illa versione utebantur qui publicum cultum administrabant, illa qui intra monasteriorum moenia Deum colebant. Illius verba sequebantur qui scholis vel praeerant vel intererant. Ex illa versione dogmata ecclesiastica tum per publica episcoporum concilia, tum per singulos homines doctos vel confirmabantur vel adversus haereticorum aggressiones defendebantur. Quae penes illius auctorem quon-

dam fuerat rerum divinarum intelligentia, in eius fundamento omnium illius aevi theologorum cognitio exstruebatur; intra eiusdem terminos erat comprehensa atque coarctata. Qua de causa spiritualem illius vim ac potentiam ipse laicorum populus, cui vernacula lingua reddebatur, maximopere expertus est. Catecheses puerorum, ubi instituebantur, ab hominibus exercebantur communi illius versionis usu enutritis. Plebi christianae evangelia quae dicuntur et epistolae ex illa versione vernacule recitabantur. Sacrae conciones secundum eandem vel concipiebantur vel habebantur. Quae in aedibus sacris, quae in cimeteriis, quae in publicis monumentis imaginibusque aut pictis aut sculptis ex utrovis testamento hausta legebantur inscripta, secundum illius versionis eloquium erant conformata. Quae nostrorum medii aevi poetarum aetatem tulerunt opera, quatenus res divinas edisserunt, nisi illa adhibita intelligi nequeunt. Porro ad cunctorum occidentis populorum considerationem progredientibus nobis, quum nil maius inveniatur in tota medii aevi historia, quam universalis illa quae per Papatum Romanum repraesentabatur gentium occidentalium unitas, istius stabiliendae praecipuum adiumentum in plena illius ss. scripturarum versionis communione datum fuisse apparet. Omnia ut uno dicam verbo, Hieronymiana sacri codicis versio videtur grandis esse tubae instar, qua per tot saecula evangelii de Christo sonitus per omnes occidentes nationes profusus est.

Hanc igitur versionem, theologorum quidem summo studio et historico et critico dignam, si quis codex vetustus authenticam continet, is optimorum numero monumentorum recte videtur accenseri.

Quibus de causis, quum decorum sit ut quas ipsi habeamus opes literarias eas cum reliquis licet sint ditiores communicemus, Lachmanni exemplum sequens, excellentissimae viri memoriae, qui consummandae suae Novi Test. editionis ergo codicem Fuldensem cum Buttmanno suo adiit criticamque eius collationem instituit, MS. illius edendi inde a compluribus annis non solum consilium cepi, sed etiam operam onusque humeris meis imposui. Qua in re quoniam optio mihi data erat, vellemne editionem vel papyri genere vel typis manu scriptorum formam imitantibus magnificam, an minus splendidam modicoque pretio venalem, sed quae textum ceteroquin fideliter redderet parare, splendori quidem utilitatem praetuli. Hac vero data solemni occasione aliquod codicis specimen edendum atque ea adornandum ratione curavi, qua illius, quantum per artem typographicam liceret, quasi imaginem oculis lectorum proponerem. Quae imitatio quandoquidem duabus praecipue de causis summum perfectionis

2

gradum non attigit, altera quia in typographeo Academico, ex quo ut hoc schediasma prodiret benevole mihi concessum est, typi non inveniebantur, qui characteribus libri manuscripti maiusculis initia et capitum et minorum textus incisionum denotantibus responderent, altera quia ad versus rubro colore scriptos, quos hic additis asteriscis a me vides esse insignitos, eodem colore reddendos haud satis temporis datum erat, hunc defectum compluribus tabulis, quae codicis aliquas paginas tum dimensione sua tum scriptionis genere quam accuratissime tibi repraesentarent, supplere ac compensare studui; monitumque te esse velim, in codice singulas esse columnas, quas in his paginis impressis spatii explendi causa binas coniugavi. Ceterum quod exhibiturus specimen ea codicis folia elegi, quae epistolam s. Iacobi continent, id non solum ea de causa mihi faciendum existimavi, quia commodi ad hunc de quo agitur usum ambitus esse videbatur, sed potissimum quia adnotationibus saeculo uti videtur VIII charactere Anglosaxonico ad marginem scriptis instructa est, quae a nemine adhuc, quod sciam, lectae nedum editae, sicuti lectorem archaeologiae peritum ipsa scripturae difficultate ad legendi conatum provocant, ita Novi Test. interpretem sacraeque exegeseos aestimatorem historicum argumento suo alliciunt ac delectant.

* iacobus·petrus·iohannes
iudas·uiiepistulasedi
deruntitammysticas
tamsuccinctasetbre
uespariteretlongas
breuesinuerbislongas
insententiis·utrarus
quisnoninearumelec
tionecicutiat·
. . . .
* expl·prologus·iñc·capitula
. . . .
i· deinimicoruminsecutio
nibusrisuideputandis
ii· detemptationibusaduer
sarii·quaedĩforẽplurimi
arbitrantur
iii· dehomineueroquodsit
operisdominicidocu
mentum
iiii· desermonediuinoquod
sitoperisindicioprae
dicandus·
u· deculturareligionis
etministeriopietatis
ui· dediuitiscaelestibus
etterrenisquaeanimas
egestateconsument
uii· delegelibertatisquam
inpleriomnifariamex
hortaturetseueritatẽ
iustiiudicis·
uiii· defidequaenonpotest
operemotofirmariet
aelemosynis

uiiii· denudissermonib·quod
sitprofessioinimici
etfidessineoperecor
pusexanimae·
x· demagistrisquicitra
totamperfectionem
essenonpossunt·
xi· delinguauixedomabile
malum·
xii· desapientiacaelesti
etterrena·
xiii· deamicisdĩquodmundi
nequeantfereamatores
xiiii· dehisquiueralocuntur
quodculpamnequeant
detractionisincurrere
xu· deincertumuitaeetpro
lixisdisputationibus
xui· desuppliciissaeculidi
uituminiustorum
xuii· deaduersorumtole
rantiaeretributionẽ
xuiii· depassionib·martyrũ
etipsiusdñietquodin
secutoribussuisnonred
diderinttalia
xuiiii· deremediisuitaeprae
sentis
xx· deuirtutib·scorũmet
conuersoribuseorum
quifuerintpeccatis
adstricti . . . .
exp· capit· scĩ· iacobi
iñc·ipsa·epistula

SEQ· EPIST· SCI· IACOBI ADDISPERSOS

xf* Iacobusdĩetdñi·n̄·ihū·xp̄i 1,1
seruus· duodecimtri bu
busquaesuntindisper
sionesalutem· omne 2
gaudiumexistimatefra
tresmeicumintempta
tionibusuariisinciderі
tis· scientesquodpro 3
batiofideiuestraepati
entiamoperatur· pati 4
entiaautemopusper
fectumhabeat· utsitis
perfectietintegriinnul
lodeficientes· siquisau 5
temuestrumindigetsa
pientia· postuletadõ
quidatomnibusafluen
teretnoninproperat·
etdabiturei· postulet 6
auteminfidenihilhaesi
tans· quiautemhaesi
tatsimilisestfluctuima
risquiauentomouetur
etcircumfertur· non 7
ergoaestimethomoille
quodaccipiataliquidadñõ
uirduplicianimoincons̄ 8
tansinomnib· uiissuis
glorieturautemfrater 9
humilisinexaltationesua
diuesauteminhumilitate 10
sua· quoniamsicutflos
faenitransibit· exor 11
tusestenimsolcumardo
reetarefecitfaenum

etfloseiusdecidit·etde
coruultuseiusdeperiit
itaetdiuesinitineribus
suismarcescit
II·* beatusuirquisuffert 12
temptationem· quo
niamcumprobatusfue
ritaccipietcoronam
uitae· quamrepro
misitdšdiligentibusse
nemocumtemptaturdi 13
catquiadõtemptatur
dšenimintemptator
malorumestipseautē
neminemtemptat·
unusquisq·uerotempta 14
turaconcupiscentia
suaabstractusetinlec
·tus· deinconcupis̄ 15
·centiacumconceperit
paritpeccatum· pec
catumuerocumconsum
matumfueritgenerat
mortem·
III·* noliteitaq·errarefr̄r̄· 16
meidilectissimi· om 17
nedatumoptimumetom
nedonumperfectumde
sursumest· descendens
apatreluminum· apud
quemnonesttransmu
tatio·necuicissitudinis
obumbratio· uolun 18
tariegenuitnosuerbo
ueritatis· utsimus

initiumaliquódcreatu
raeeius· scitisfratres 19
meidilecti· sitautem
omnishomoueloxadau
diendum· tardusautē"
adloquendumettardus
adiram· iraenimuiri 20
iustitiamdīnonoperatur
ſiiii·* propterquodabicientes 21
omneminmunditiam
etabundantiāmalitiae
inmansuetudinesusci
piteinsitumuerbum
quodpotestsaluareani
masuetras· estote 22
autemfactoresuer
bietnonauditorestan
tumfallentesuosmet
ipsos· quiasiquisaudi 23
torestuerbietnonfać
·tor· hicco$\overset{m}{\text{n}}$parabitur
uiroconsiderantiuul
tumnatiuitatissuae
inspeculo· conside 24
rauitautemseetabiit
etstatimoblitusest
qualisfuerit· quiau 25
temperspexeritinle
geperfectalibertatis
etpermanserit· non
auditoroblíuiosusfać
·tussedfactoroperis
hicbeatusinfactosuoerit
ſu·* siquisautemputatse 26
religiosumesse·

nonrefrenanslinguam
suamsedseducenscor
suum· huiusuanaest
religio· religiomun 27
daetinmaculataapud
dm̄etpatremhaecest
uisitarepupillosetuidu
asintribulationeeorū"
inmaculatatumsecustodi
reabhocsaeculo
ſuii·* fratresmei· nolite *sumptum exleuitico* 2, 1
inpersonarumaccep
·tionemhaberefidem
dnī·n̄·ihū·xpī·gloriae
etenimsiintroieritin 2
conuentuuestro·
uiraureumanulumha
bensinuestecandida
introieritautemetpau
perinsordidohabitu
etintendatiseumquiin 3
dutusestuesteprae
clara, etdixeritistu
sedehicbene· paupe
riautemdicatistu·ista
illic,autsede· subsca
billopedummeorum
nonneiudicatisapuduos 4
metipsos· etfacti
estisiudicescogitatio
numiniquarum· au 5
tefratresmeidilectis
simi· nonnedšele
gitpauperesinhocmun
do·diuitesinfide·"

etheredesregniquodre
promisitdsdiligentib'se
uosautemexhonorastis 6
pauperem' nonne
diuitesperpotentiam
opprimuntuos' etip
psitrahuntuosadiudicia
nonneipsiblasphemant 7
bonumnomenquodinuo
catumestsuperuos
ſuii * sitamenlegēperficitis 8
regalemsecundumscrib
pturas' diligisproxi
mumtuumsicutteipsū
benefacis' siautem 9
personasaccepitispec
catumoperamini' redar
gutialegequasitrans
gressores' quicumq' 10
autemtotamlegemser
uauerit' offendatau
teminunofactusest
omniumreus' quienī 11
dixitnonmoecaueris
dixitetnonoccides'
quodsinonmoecaueris
occidesautem'factus
estransgressorlegis
sicloquiminietsicfacite 12
sicutperlegemlibertatis
incipientesiudicari'
iudiciumenimsinemise 13
ricordiailliquinonfe
citmisericordiam'
superexultatautemmiseri

cordiaiudicio
ſuiii * quidproderitfratres 14
meisifidemquisdicatse
habereoperaautemnon
habeat' numquidpote
ritfidessaluareeum'
siautemfraterautsoror 15
nudisuntautindigentuic
tucottidiano' dicatau 16
temaliquisdeuobisillis'
iteinpacecalefaciemini
etsaturamini' nonde
deritisautemeisquae
necessariasuntcorpori
quidproderit' sicetfi 17
dessinonhabetopera
mortuaestinsemetipsā
ſuiiii * seddicetquistufidem 18
habesegooperahabeo
ostendemihifidemtuam
sineoperibus' etego
ostendamtibiexoperib'
fidemmeam' tucre 19
disquoniamunusestds
benefacis' etdaemones
creduntetcontreme
scunt' uisautemscire 20
o' homoinanisquoniam
fidessineoperib'otiosa
est' abrahampater 21
nosternonneexoperib'
iustificatusest' of
ferensisaacfiliumsuū
superaltare' uides 22
quoniamfidescooperabatur

OPERIBUSILLIUS· EXOPE
RIBUSFIDESCONSUMMA
TAEST· ETSUPPLETAEST 23
SCRIBTURADICENS·
» CREDIDITABRAHAMDÕETRE
» PUTATUMESTILLIADIUSTI
» TIAM· ETAMICUSDĨAP
» PELLATUSEST· UIDE 24
TISQUONIAMEXOPERIBUS
IUSTIFICATURHOMO· ET
NONEXFIDETANTUM· SI 25
MILITERAUTEMETRAAB
MERETRIX· NONNEEX
OPERIBUSIUSTIFICATAEST
SUSCIPIENSNUNTIOSETALIA
UIAEICIENS· SICUTENĨ 26
CORPUSSINESPŪ· EMOR
TUUMEST· ITAETFIDES
SINEOPERIB'MORTUAEST
∫X· * NOLITEPLURESMAGISTRI 3, 1
FIERIFRATRESMEI· SCI
ENTESQUONIAMMAIUSIU
DICIUMSUMITIS· INMUL 2
TISENIMOFFENDIMUSOM
NES· SIQUISINUERBO
NONOFFENDITHICPERFEC
TUSESTUIR· POTESTETIĀ
FRENOCIRCUMDUCERE
TOTUMCORPUS· SIAUTEM 3
EQUORUMFRENOSINORA
MITTIMUSADCONSENTIEN
DUMNOBIS· ETOMNE
CORPUSILLORUMCIRCUM
FERIMUS· ECCEETNA 4
UESCUMMAGNAESINT

ETAUENTISUALIDISMINEN
TUR· CIRCUMFERUN
TURAUTEMMODICOGUBER
NACULOUBIIN̄PETUSDI
LICENTISUOLUERIT· ITA 5
ETLINGUA· MODICUM
QUIDEMMEMBRUMEST
ETMAGNAEXULTAT·
∫XI· * ECCEQUANTUSIGNISQUAM
MAGNAMSILUAMINCEN
DIT· ETLINGUAIGNISEST 6
UNIUERSITASINIQUITATIS
LINGUACONSTITUITURIN
MEMBRISNOSTRIS· QUAE
MACULATTOTUMCORPUS
ETINFLAMMATROTAMNA
TIUITATISNOSTRAEINFLĀ
MATAAGEHENNA· OMNIS 7
ENIMNATURABESTIARŪ
ETUOLUCRUMETREPEN
TIUM· ETIAMCETERORŪ
DOMANTURETDOMITASUNT
ANATURAHUMANA· LIN 8
GUĀAUTEMNULLUSHOMI
NUMDOMAREPOTEST·
INQUIETUMMALUM· PLE
NAUENENOMORTIFERO
INIPSABENEDICIMUSDM̄ 9
ETPATREM· ETINIPSA
MALEDICIMUSHOMINES
QUIADSIMILITUDINEMDĨ
FACTISUNT· EXIPSO 10
OREPROCEDITBENEDI///
TIOETMALEDICTIO· NON
OPORTETFRATRESMEI

SEQ̅· EPIST̅· SCI̅· IACOBI

haecitafieri» num 11
quidfonsdeeodemfora
mineemanatdulcemet
amaramaquam» num 12
quidpotestfratresnei
ficus·uuasfacere·aut
uitisficus» sicneq·sal
sam̄dulcemp̄otestface
reaquam»quissapiens 13
etdisciplinatusinteruos
ostendatexbonaconuersa
tioneoperam̄suam̄in
mansuetudinesapientiae
XII·* quodsizelumamarumha 14
betisetcontentionessunt
incordib·uestris» no
litegloriarietmendaces
esseaduersusueritatē»
nonestenimistasapientia 15
desursumdescendens
sedterrena» animalis
diabolica» ubienimze 16
lusetcontentioibiincons
tantiaetomneopuspra
uum» quaeautemde 17
sursumestsapientia
primumquidempudica
est» deiudepacifica
modesta» suadibilis·
bonisconsentiens» ple
namisericordiaetfruc
tibusbonis» iudicans
sinesimulatione·fruc 18
tusautemiustitiae[inpacem]semi
natur·facientib'pacem

ADDISPERSOS

XIII·* undebellaetlitesinuo 4, 1
bisnonnehincexconcu
piscentiisuestris· quae
militantinmembris
uestris» concupisci 2
tisetnonhabetis· oc
ciditisetzelatisetnon
potestisadipisci» liti
gatisetbelligeratis
nonhabetispropterquod
nonpostulatis» peti 3
tisetnonaccipitiseo
quodmalepetatis» ut
inconcupiscentiisues
trisinsumatis» adul 4
teri» nescitisquiaami
citiahuiusmundiinimi
caestdō»
XIIII·* quicumq'ergouolue
ritamicusessesaeculi
huius» inimicusdī
constituitur» autpu 5
tatisquiainaniterscrib
»pturadicat» adinuidiā»
» concupiscitsp̄s» quiinha
» bitatinuobis» maio 6
remautemdatgratiam
propterquoddicit» ds̄
» superbisresistit» humi
» lib'autemdatgratiam
subditiigiturestotedō 7
resistiteautemdiabolo
etfugietauobis» adpro 8
pinquatedn̄oetadpro
pinquauituobis»

emundatemanuspecca
tores» etpurificate
cordaduplicesanimo'
miseriestote» etluge 9
teetplorate» risus
uesterinluctumconuer
tatur» etgaudiū» inme
rorem» humiliamini 10
inconspectudn̄ietexal
ta^b uituos· nolitedetra 11
heredealterutrumfra
tres» quidetrahitfra
tri·autquiiudicatfra
tremsuum» detra
hitlegietiudicatlegem
siautemiudicaslegem
nonestfactorlegissed
iudex· unusestle 12
gislatoretiudex» qui
potestperdereetlibe
rare» tuautemquis
esquiiudicasproximū»
ſxu·*eccenuncquidicitishodie 13
autcrastinaibimusin
illamciuitatemetfaci
emusquidemibiannum
etmercabimuretlucrū»
faciemus» quiigno 14
ratisquideritincras'
·tinum» quaeenimest 15
uitauestra» uapor
estadmodicumparens
deincepsexterminatur
proeoutdicatissidn̄s
uolueritetsiuixerimus

faciemushocautillud
nuncautemexultatisin 16
superbiisuestris» om
·nisexultatiotalisma
lignaest» scientiigi 17
turbonumfacereet
nonfacientipeccatum
estilli·
ſxui·*agenuncdiuitesplorate 5,1
ululantesinmiseriis
quaeaduenientuobis
diuitiaeuestraeputrae 2
factaesunt» etues'
·timentauestraatineis
comestasunt» aurum 3
etargentumuestrum
eruginauit» eterugo
eoruminteStimonium
uobiserit» etmandu
cabitcarnesuestras
sicutignis» thesauri
zastisinnouissimisdieb'
eccemercesoperario 4
rumquimessuerunt
regionesuestras» qui
fraudatusestauobis
clamat» etclamorip
·sorummauresdn̄isa
baoth·introiit» epu 5
latiestissuperterram
etinluxuriisenutritis
cordauestra» indie
occisionisaddixistisoc 6
cidististustumnonres'
·tititiuobis» patientes 7

igiturestotefratres
usqueadaduentumdn̄i
xuii, *ecceagricolaexpectat
praetiosumfructum
terrae» patienterfe
rens» donecaccipiat
tempor[at]·iuumetserotinū
patientesestoteetuos 8
etconfirmatecordaues
tra» quoniamaduentus
dn̄iadpropinqua[b]uit»
noliteingemescerefra 9
tresinalterutrumut
noniudicemini» ecce
iudexanteianuamadsis
tit» exemplumaccipite 10
fratreslaborisetpati
entiaeprophetasquilo
cutisuntinnominedn̄i
xuiii, *eccebeatificamusqui 11
sustinueruntsuffe
rentiam» iobaudis
tisetfinemdn̄i, uidistis
quoniammisericorsest
dn̄setmiserator
xuiiii, *anteomniaautemfra 12
tresmei» noliteiurare
nequepercaelumneque
perterram» neq'aliud
quodcumq'iuramentū
sitautemuestrum'est
est' non'non' utinon
subiudiciodecidatis»
tristaturaliquisuestrū 13
oretaequoanimoetpsal

lat» infirmaturali 14
quisexuobis» inducat
presbyterosecclesiae
etorentsupereum»
ungueteseumoleoinno
minedn̄i» etoratiofi 15
deisaluabitinfirmum
etadleuauiteumdn̄s»
etsiinpeccatissitremit
teturei» confitemini 16
ergoalterutrumpecca
tauestra» etoratepro
inuicemutsaluemini
multumenimualetde
praecatioiustia[s]adsidua
xx, *heliashomoeratsimi 17
lisnobispassibilis» et
orationeorauitutnon
plueretsuperterram
etnonpluitannostres•
etmensessex» etrur 18
sumorauitetcaelum
deditpluuiam» etter
radeditfructumsuum
fratresmei» siquis 19
exuobiserrauerit[a]ue
ritateetconuerterit
quiseum, sciredebet 20
quoniamquiconuerti
feceritpeccatorem
aberroreuiaesuae
saluauitanimameius
amorte, etoperitmul
titudinempeccatorum
, , , , , , , , , , , , , , , , , ,

Legi meum +

SCHOLIA

INCERTAE ORIGINIS

AD ILLUSTRANDAM S. IACOBI EPISTOLAM CHARACTERIBUS ANGLOSAXONICIS AD MARGINEM CODICIS FULDENSIS EXARATA.

1, 1. *Sequitur epistola sancti iacobi]* * iacobus alphei frater domini quemque dicunt ab ipso saluatore episcopum ordinatum et ordinem misae faciendi ostendisse creditur *

„ „ *Iacobus]* iacob interpraetatur supplantator alligorice omnes sancti uitia sua superabunt

„ „ *dei et domini]* quod dicit dei pertinet ad patrem sicut domini ad filium. Deus et Dominus commonia nomina sunt sanctae trinitatis

„ „ *ihesu christi]* ihesus inter [praetatur?] saluator Christus unctus

„ „ *seruus]* non seruus peccati sed gratiae dei seruus et corpore et anima·

„ „ *duodecim tribubus quae sunt in dispersione]* secundum sensum ecclesiae catholicae quae dispersa est in orientem et occidentem et meridiem et aquilonem sicut israhelicae plebi gentes interiectae sunt sic ecclesiae interserunt se genera infidelium·

„ „ *salutem]* salus uera est in [deum?] credere et episcopum audire qui salutem ministrat audientibus

1, 2. *Omne gaudium existimate]* omne gaudium praesens non est sed quod hic initiatur per fidem et in futuro impletur per speciem

„ „ *gaudium]* universali ecclesiae praeceptum est ut permaneat in fide et speret post hiemem asperam aestatem fructuosam post persecutionem praemia caelestia

„ „ *existimate]* pro certo scitote

„ „ *cum in temptationibus uariis incideritis]* ut est per multas tentationes oportet nos intrare in regnum caelorum ·

„ 3. *Scientes quod probatio fidei uestrae patientiam operatur]* probatio fidei per patientiam erit quia patientia est primus fructus caritatis

„ „ *patientiam]* hoc est perseuerantiam bonorum operum usque in finem ut dicitur qui perseuerauerit et cetera

„ 4. *patientia autem opus perfectum habeat]* opus perfectum est dilectio dei et proximi

„ „ *ut sitis perfecti]* hoc est in opere bono corpore et anima sive in vetere et novo testamento bene intelligentes

„ „ *perfecti et integri]* perfecti et integri et corpore et anima perfecti in dilectione dei et proximi opere et fide

„ „ *in nullo deficientes]* id est in nullo genere tormentorum deficientes vel in bono opere imperfecti

„ 5. *Si quis autem indiget sapientia, postulet a deo]* * ut sciat uiam suam disponere secundum deum *

„ „ *et dabitur ei]* quia omnibus in fide postulantibus deus sapientiam tribuet

„ 6. *Postulet autem in fide]* * id est ut accipiat scientiam quam postulat *

„ „ *Qui autem haesitat similis est fluctui maris qui a uento mouetur]* quia [quod] est sicut uentus mare sic falsi doctores ecclesiam turbant et

per uentum diabolus intelligitur a quo instabilis anima mouetur persuasione mali spiritus si sapientiae et dei gratiae incredulus permanserat.

1, 8. *Uir duplici animo inconstans in omnibus uiis suis]* ille duplex animo est qui inter et uetus nouum testamentum dubitat
in uiis suis hoc est in cogitationibus et uerbis et operibus

„ 9. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua]* hoc est quod in evangelio legitur· qui se exaltabit humiliabitur

„ 9. 10. *Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua dives autem in humilitate sua]* * tapinosis est id est magnae rei humiliatio diuiti quod debuit pauperi pauperi autem quod debuit diuiti adsignauit·*

„ „ *dives autem in humilitate sua]* hic unusquisque peccator intelligitur quia dives est in suis uoluptatibus per [propter?] quas humiliabitur aut hic per poenitentiam et emendationem aut ibi in pena perpetua

„ „ *quoniam sicut flos faeni transibit]* Iuxta esaiam prophetam omnis caro foenum est et omnis gloria eius sicut flos cito cadet

„ 11. *Exortus est enim sol cum ardore et arefecit faenum]* christus est sol aeternus et sol iustitiae qui ardore spiritus sancti dicit [dicitur?] ignem immittere in terram

„ „ *Et flos eius decidit et decor uultus eius deperiit]* omnes prauitates eius deperiant et luxoria et diuitiae multae

„ „ *Ita et dives in itineribus suis marcescit]* heresis et voluntas humana quando in senectutem et in mortem cadit

„ 12. *Beatus vir qui suffert temptationem]* hoc est humilis qui incipit beatitudinem in temptationibus et perficiet in praemium

1, 12. *quoniam quum probatus fuerit]* In fide et in operibus bonis comprobatus post uictoriam accipiet uitam aeternam

„ „ *accipiet coronam uitae]* hoc est quod dictum est omnibus sanctis esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi et cetera

„ 13. *Nemo cum temptatur dicat quia a deo temptatur]* Nemo imputet deo cum patiatur tormenta pro meritis suis

„ „ *Deus enim intemptator malorum est]* *quia non habet causam in malorum temptatione sed in bonorum·*

„ „ *Deus enim intemptator malorum est ipse autem neminem temptat]* Non temptat deus malos homines sed suis actibus mali uindictam meruerunt sed probat aliquando bonos sicut abraham·

„ 14. *Unusquisque uero temptatur a concupiscentia sua abstractus et inlectus]* de qua dixit apostolus caro concupiscit aduersus spiritum

abstractus a deo

et inlectus a diabulo in multa genera peccatorum

„ 15. *Dein concupiscentia cum conceperit parit peccatum]* conceperit in cogitatione pariet in uerbo et in opere mala inlicita

„ „ *peccatum uero cum consummatum fuerit generat mortem]* *id est per actum animae spiritaliter mortem generat* consummatum erit peccatum iniusti quando cadit in mortem ubi perit confessio

„ 16. *Nolite itaque errare fratres mei]* hoc est nolite increduli esse

„ 17. *Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est]* hic respicit ad initium creaturarum omnium quia deus omnia bona creauit qui est pater luminum id est angelorum et qui luminaribus doctrinae inluminat ecclesiam suam

datum optimum baptismum

donum perfectum poenitentia vel uirginitas et continentia

1, 17. *descendens a patre luminum]* * qui est lux lucis et fons luminis *

„ „ *apud quem non est transmutatio]* * id est de bono in malum * vitae aeternae perditio

„ „ *nec vicissitudinis obumbratio]* * id est ut nubes obumbrant solem vel occasus sic et mutatio boni in malum * quia oblivio post scientiam sive nox post diem nobiscum sunt non cum domino in coelo

„ 18. *Voluntarie genuit nos verbo veritatis]* * id est in baptismo * verbo veritatis hoc est evangelii ut sitis filii inquit patris vestri qui in coelis est et in principio faciamus [inquit] hominem

„ „ *ut simus initium aliquod creaturae eius]* * per generationem creaturae eius id est ut praedicate evangelium omni creaturae id est omni creato in baptismo * nos sumus initium aliquod per passionem et resurrectionem id est primi [et] novissimi

„ 19. *Scitis fratres mei dilecti]* respicit ad id quod supra dixit omne datum et cetera

„ „ *Sit autem omnis homo velox ad audiendum tardus autem ad loquendum]* hoc ad initium doctrinae contra causas elationis sciebat enim apostolus eos ad quos episcopus mittitur primatum verbi voluisse tenere et docere.

„ „ *et tardus ad iram]* hoc in evangelio legitur· qui irascitur fratri suo reus erit iudicio

„ 21. *Propter quod abicientes omnem inmunditiam]* hoc est generaliter quae a diabulo sunt sumpta per inmunditiam corporis et animae quae pertinent ad fornicationem

„ „ *In mansuetudine suscipite insitum verbum]* * id est quod modo praedico vobis hoc est evangelium * Insitum per multa tempora pa-

triarcharum et prophetarum de quo dicitur· ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum

1, 22. *Estote autem factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmet ipsos]* factores verbi sunt qui custodiunt praecepta fallaces illi qui non custodiunt praecepta et desiderant evangelium christi audire et non implere

„ 23. *consideranti uultum nativitatis suae]* *id est in quo et in quali natus est*

„ „ *in speculo]* mnlierum est mos considerare se in speculo ut placere viris suis possint Ita animas nostras considerare oportet in speculo evangelii ut christo viro suo placere poterint et non obliviscantur praecepta eius

„ 25. *Qui autem perspexerit in lege perfecta]* * id est in nova lege *

„ „ *in lege perfecta libertatis]* legem libertatis dicit caritatem de qua apostolus ait portate invicem honera vestra sic adimplebitis legem christi·

„ 26. *Si quis autem putat se religiosum esse]* laudando semet ipsum ut dixit phariseus non sum sicut puplicanus iste

„ „ *Non refrenans linguam suam sed seducens cor suum huius vana est religio]* hoc est quia consistit cor eius in laude sua et vana est relegio eius quia verbum dicit quod non manet in corde eius et ideo cor suum seducitur·

„ 27. *Religio munda et immaculata apud deum et patrem haec est]* Ideo adiecit patrem ut et personam filii ostenderet quia pater nomen filii est·

„ „ *Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum]* Cura pupillorum et viduarum ecclesiae commendatur pupilli autem et viduae

mystice intelliguntur sensus corporis et animae quos debemus adtendere·

1, 27. *Inmaculatum se custodire ab hoc saeculo]* hoc est ut nemo causa pecuniae pupillos visitet aut causa turpis amoris viduas·

2, 1. *Nolite in personarum acceptionem habere fidem domini nostri ihesu christi gloriae]* de datione baptismatis diviti et pauperi haec dicta sunt iudeis et gentibus

„ „ *Nolite in personarum etc.]* hic totam legem per sinecdochen tangit gloriae dicit id est datiuus casus fidem gloriae hoc est resurrectionis ihesu christi·

„ 2. *Etenim si introierit in conuentu vestro Uir aureum anulum habens in veste candida Introierit autem et pauper in sordido habitu]* Anulum aureum habens hoc est divitis omnibus
veste candida indicat gaudium mentis
pauper sordidus non intus sed foris est
exemplum regis et pauperis hic accipitur et de omnibus intellegitur qui reddent causas iniquitatis.

„ 4. *Nonne iudicatis apud vosmet ipsos]* quasi dixisset non apud deum hoc iudicium est hoc cum in uobis cogitatis

„ „ *Et facti estis iudices cogitationum iniquarum]* Iudices cogitationum id est auctores iudex enim cogitationum est qui eas in opere profert

„ 5. *Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo]* ut est elegit deus stulta mundi ut confundat sapientes quod de maria et ioseph et de apostolis intelligitur· qui piscatores et inlitterati fuerunt

„ „ *pauperes]* id est gentiles et iudaeos in unum ut est beati pauperes spiritu et reliqua

2, 5. *Et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se]* hoc est quod ueritas dicit beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum

„ 6. *Vos autem exhonorastis pauperem]* hoc est non dantes ei necessaria

„ „ *Nonne divites per potentiam opprimunt vos]* quod de persecutoribus ecclesiae intelligitur qui iudicium faciunt in terra secundum suam voluntatem in sanctos

„ 7. *Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super nos]* bonum nomen est israel id est anima videns deum vel nomen christiani

„ 8. *Si tamen legem perspicitis regalem]* legem regalem id est commonem moysi id est si uultis eam seruare bene agitis spiritaliter scilicet

„ „ *diligis proximum tuum sicut te ipsum]* ne memineris iniqui[ta]tem proximi hoc est post poenitentiam et ali non facis [facias] quod non vis tibi fieri

„ 9. *Si autem personas accipitis peccatum operamini]* ad personas divitum hoc intellectum pertinet

„ „ *Redarguti a lege quasi transgressores]* hoc est quod non seruastis legem dei lex puniebat uos ut est qui facit opera terrena occidatur

„ 10. *Quicumque autem totam legem seruauerit Offendat autem in uno factus est omnium reus]* id est si non habet caritatem dum nihil prosunt omnia mandata vel si unum de mandatis reliquerit

„ 11. *Qui enim dixit non moecaberis dixit et non occides. Quodsi non moecaberis occides autem]* hic iudaeos voluit intellegi qui in multis offendunt deum

2, 12. *Sic loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari]* hoc est modo per misericordiam quam ante non habueritis hic morem doctorum corrigit ut quod doceant in ecclesia opere impleant et ad omnes credentes quasi dixisset sic facite ut loquimini sermonibus per legem libertatis nouum testamentum [intellegit?] in quo demisa sunt peccata uel caritatem incipientes id est cum uenistis in fidem

„ 12. *Sicut per legem libertatis incipientes iudicari]* id est sicut per nos modo coepistis in noua lege iudicari sicque ali[o]s iudicate hoc est misericorditer

„ 13. *Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam]* hoc dicit ne hominibus sine misericordia iudicaretur ubi conuentus eorum fuerint

qui non facit misericordiam id est qui non inplevit nouum testamentum

cum fide ut si non demiseritis hominibus et cetera

et si in iudicio pauperis lenis et misericors fueris iudicium dei non timebis

„ „ *Superexultat autem misericordia iudicio]* hoc est valet misericordia ad liberandum plus quam iudicium ad damnandum videtur tamen iudicium esse ut peccator damnetur superexaltatur misericordia iudicio ut fuit loth quia caritas magis defendit hominem quam verum iudicium damnet de minim [de minimis?] peccatis quia caritas cooperit multitudinem peccatorum

„ 14. *Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere opera autem non habeat]* Contentio inter iudaeos et gentes sed ad ambos dirigitur responsum

2, 16. *Quid proderit]* uobis in futuro quia non dederitis pauperibus necessaria

„ 17. *fides si non habet opera mortua est in semet ipsam]* hoc significat quia non excitat ad vitam habentem se quia fides est sine operibus quasi lucerna sine oleo tenebrosa

„ 18. *Sed dicet quis tu fidem habes et ego opera habeo]* hic interrogatio est et discretio inter fidem et opera quae utraque simul prosunt

„ „ *Ostende mihi fidem tuam sine operibus]* quasi dixisset invenies eum uacuam

„ 19. *Et daemones credunt et contremiscunt]* hoc ideo dixit ad exemplum quia nihil fides sine operibus prodest sed opera cum fide demones corpus non habent sed fidem uacuam quae [non?] saluat eos

„ 20. *Uis autem scire o homo inanis]* hic exemplum ueteris legis professum est ut commendat [commendet?] iustitiam

„ 21. *Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est]* id est tamen quod operatus est et prius credidit et sic operatus est

„ „ *Offerens isaac filium suum super altare]* locus autem in quo factū [facta] haec oblatio moraim uocatur et interpraetatur lucida et ostensa quia [quod] de sion alio nomine intellegi potest et ideo specula sion interpretatur quia abrahae in illo loco salus humani generis ostensa est futura esse et in sion postea templum salom[on]is constructum est

per abraham pater deus per isaac filius dei per berbicem car[o] divina per ligna et altare crux christi significatur

3, 1. *Nolite plures magistri fratres mei]* sed unum sentite hoc est fides et

opus in salutem quia iudaei in opere gloriabantur gentiles in fide

3, 1. *Scientes quoniam maius iudicium sumitis]* id est maiorem uindictam pro multitudine magistros [magistrorum?] quam unum sentire

„ 2. *Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir]* quod ante fidem cum opere confirmans et opus cum fide similiter obseruat in lingua sua

„ 5. *Modicum quidem membrum est et magna exultat]* magna eleuatio in glorificatione

„ 12. *Num quid potest fratres mei ficus uuas facere aut uitis ficus]* ut non potest arbor mala fructus bonos et cetera

4, 5. *Ad inuidiam concupiscit spiritus· qui in habitat in uobis]* ille carnalis spiritus contra alios

„ 6. *maiorem autem dat gratiam]* id est humilibus

„ 9. *Miseri estote„ Et lugete et plorate]* ut beati qui lugent nunc erunt

„ 15. *Pro eo ut dicatis si dominus uoluerit]* ideo dixi uobis

5, 3. *Et erugo eorum in testimonium uobis erit]* id est quod in illis erugo uidetur et manducauit carnes id est adsidua cura pro eis ac sollicitudo

„ 5. *In die occisionis addixistis occidistis iustum]* id est in christi passione addixistis id est inter uosmet ipsos ad alterutrum

„ 7. *Patientes igitur estote fratres usque ad adventum domini]* responsio illis qui hoc dixerunt ut expectarent usque dum deus uindicaret de eis.

Hae adnotationes vetustae, quo rectius aestimentur tutiusque in rem tuam verti possint, paucis videntur esse illustrandae.

Ac primum quidem illas VIII p. Chr. n. saeculo scriptas esse ex ipso scripturae qua conceptae sunt genere i. e. cursivo, quo Anglosaxones illo aevo utebantur, elucet. Cuius rei testem habeo ms. quatuor evangeliorum codicem itidem Fuldae asservatum, ratione simillima licet minus bene exaratum, quem saeculo illo scriptum esse ex epilogo libri Arnulfiano recte perpenso apparet; de qua re propediem accuratius disputabo.

Interpunctionis signa in illis fere nulla; scriptio hic illic admodum negligens; ipsa scripturae compendia non semel inter se permutata; syllabarum et verborum omissiones haud rarae; ita ut emendationibus compluribus opus fuerit, quas ut non scriptoris, sed meas esse novisses minoribus typis imprimendas parentheseosque signis instruendas curavi.

Deinde unumquodque scholium scias binis signis, quorum alterum in ipsa sacri textus columna, alterum ad eius marginem appictum est, eum in finem esse instructum, ut ad quaenam textus verba explicanda singula scripta sint, legenti appareat. Aliquando tamen scriptor has notulas minus accurate adscripsit, ita ut ad quemnam locum illa pertineant dubius haeserim; dico ea quae ad I, 5 et 6 scripta esse in editione proposui; quae num ad alios locos rectius referantur ipse videas. Unde suspicaberis non uno tempore haec scholia esse conscripta.

Sed eiusdem rei clariora etiam vestigia deprehenduntur. Accurate photographicas quae accedunt tabulas intuenti ipsa scholiorum scriptura aliquas tibi videbitur exhibere diversitates. Alia enim minoribus scripta sunt characteribus, alia maioribus, alia acutiori penna picta, alia hebetiori, alia nigro atramento, alia minus obscuro exarata. Tum vero ea, quae majusculae scriptionis sunt, animadvertes textui ita esse adaptata, ut ad ipsum latus eorum, quibus explicandis inserviunt, sint scripta; quae minusculae, in varios locos dispersa. Qua ex re sequitur, eorum quae maiori charactere scripta sunt scholiorum originem tempore priorem esse; reliquorum posteriorem. Porro altera cum alteris comparans, quamvis universe eandem utriusque scriptionis indolem esse non negaveris, tibi persuadere vix poteris, eadem manu ambo genera esse exarata. Nam ex. gr. litterae *b*, quam ad medium tabulae tertiae marginem dexterum in vocabulo *bonorum* grandiuscule scripto cernis, unco instructam aculeo in minutiori scholiorum genere nullum invenitur vestigium. Et quae in eodem scholio forma rigida et angulata utuntur litterae *c* et *l*,

in altero genere videntur pennae ductu elegantiori magisque rotundo excellere. Cuius rei luculentum exemplum in eo, quod fere in eodem quem modo dixi loco scriptum est, scholio bipartito, cuius pars prior vocabula rigidius scripta exhibet *per actum animae*, posterior verba multo venustius picta *consummatum erit* et quae sunt reliqua, vides exstare. Quod scholiorum inter se discrimen ut in textu edito significarem, ea quae primitivi generis esse mihi quidem videbantur, binis includenda putavi asteriscis.

Restat quaestio de autore sive de autoribus. Ea vero tam gravis est (ipsum enim S. Bonifacium haec manu sua scripsisse sunt qui contenderint contendantque, Schannati quidem obloquiis haud convicti) ipsiusque codicis ad historiam tantopere attinet, ut quae de ea re dicenda sunt, iustius ad futuram totius libri manuscripti editionem differri videantur.

Quae sequuntur tabulae adiuvante artifices Amando Keitz, bibliothecae Fuldensis praefecto observantissimo atque de ipsa codicis editione optime merente, quam accuratissime sunt confectae. Quarum prima nobilem illam libri Actorum subscriptionem, ipsa Victoris episcopi Capuani manu exaratam, ex qua quae codicis sit aetas facillime dignoscitur, tibi exhibet; secunda vero et tertia, Kegelii photographi Cassellani opus, scholiorum maxime causa adiectae sunt, quorum utrum duplex sit genus an simplex a viris archaeologis tam promte nunc videtur inde probari posse ac si itinere Fuldam facto has ipsius codicis paginas oculis habeant subiectas. Quibus ex tabulis quid secundum regulas diplomaticas statuendum existiment si qui mecum communicare voluerint, gratum me invenient institutionis suae sagacioris acceptorem; equidem, quid ad dirimendam rem ancipitem ipsum scholiorum argumentum facere videatur, spero fore ut suo tempore copiosius possim proferre.

BEROLINI TYPIS ACADEMICIS.

ETUIDENTESUIDEBITISET
NONSPERSPICIETIS· IN
CRASSATUMESTENIMCOR
POPULIHUIUS· ETAURIB·
GRAUITERAUDIERUNT
ETOCULOSSUOSCONPRAES
SERUNT· NEFORTEUIDE
ANTOCULIS· ETAURIBUS
AUDIANT· ETCORDEIN
TELLEGANT· ETCONUER
TANTURETSANEMILLOS
NOTUMERGOSITUOBIS
QUONIAMGENTIBUSMISSU̅
ESTHOCSALUTAREDIIPSI
ETAUDIENT· MANSIT
AUTEMBIENNIOTOTOIN
SUOCONDUCTO· ETSUS
CIPIEBATOMNESQUIIN
GREDIEBANTURADEUM
PRAEDICANSREGNUMDI
ETDOCENSQUAESUNTDEDNO
IHUXPO· CUMOMNIFI
DUCIANEMINEMPROHI
BENTEM̅· AMEN·

[illegible]

EXP· ACTUS· APOSTOLORU̅

INC· EPISTULAE CANONICE

INC· PROLOGUS

NON ITA ORDO EST APUD GRAE
COS QUI INTEGRE SAPIUNT
ET FIDEM RECTAM SECTAN
TUR· EPISTULARUM SEPTE(M)
QUAE CANONICAE NUNCU
PANTUR IN LATINIS CODICIB(US)
INUENITUR QUOD PETRUS
PRIMUS EST IN NUMERO
APOSTOLORUM PRIMAE SINT
ETIAM EIUS EPISTULAE IN ORDINE
CETERARUM· SED SICUT EUAN
GELISTAS DUDUM AD UERITA
TIS LINEAM CORREXIMUS
ITA HAS PROPRIO ORDINI DEO
NOS IUUANTE REDDIDIMUS
EST ENIM PRIMA EARUM
UNA IACOBI· PETRI DUAE
IOHANNIS TRES· ET IUDAE UNA
QUAE SI SICUT AB EIS DIGESTAE SUNT
ITA QUOQUE AB INTERPRETIB(US)
FIDELITER IN LATINUM ELO
QUIUM UERTERENTUR
NEC AMBIGUITATEM LEGEN
TIBUS FACERENT NEC SER
MONUM SE UARIETAS IN
PUGNARET· ILLO PRAECI
PUE LOCO UBI DE UNITATE
TRINITATIS IN PRIMA IOHAN
NIS EPISTULA POSITUM LE
GIMUS IN QUA ETIAM AB INFIDE
LIBUS TRANSLATORIBUS MUL
TUM ERRATUM ESSE FIDEI
UERITATE CONPERIMUS
TRIUM TANTUMMODO UOCA
BULA HOC EST AQUAE SANGUINIS

ET SPS IN ISTA SUA EDITIONE
PONENTES ET PATRIS UERBI
QUE AC SPS TESTIMONIUM
OMITTENTES IN QUO MAXIME
ET FIDES CATHOLI
CA ROBORATUR ET PATRIS
ET FILII ET SPS SCI UNA DIUI
NITATIS SUBSTANTIA CON
PROBATUR· IN CETERIS UE
RO EPISTULIS QUANTUM A
NOSTRA ALIORUM DISTET
EDITIO LECTORIS PRUDEN
TIAE DERELINQUO· SED TU
UIRGO XPI EUSTOCHIUM
DUM A ME INPENSIUS
SCRIPTURAE UERITATEM
INQUIRIS MEAM QUODAM
MODO SENECTUTEM INUID
ORUM DENTIBUS CONRO
DENDAM EXPONIS QUI ME
FALSARIUM CORRUPTOREM
QUE SCARUM PRONUNTIANT
SCRIPTURARUM· SED EGO
IN TALI OPERE NEC AEMU
LORUM MEORUM INUIDEN
TIAM PERTIMESCO NEC SCAE
SCRIPTURAE UERITATEM
POSCENTIBUS DENEGABO

EXPL· PROLOGUS· INC

ALIUS· PROLOGUS

IACOBUS PETRUS IOHANNES
IUDAS· VII· EPISTULAS EDI
DERUNT TAM MYSTICAS
TAM SUCCINCTAS ET BRE
UES PARITER ET LONGAS
BREUES IN UERBIS LONGAS
IN SENTENTIIS· UT RARUS
QUIS NON IN EARUM LEC
TIONE CAECUTIAT·

EXPL· PROLOGUS· INC· CAPITULA

I· DE INIMICORUM INSECUTIO
NIBUS RISUI DEPUTANDIS
II· DE TEMPTATIONIBUS ADUER
SARII QUAE DI FORE PLURIMI
ARBITRANTUR
III· DE HOMINE UERO QUOD SIT
OPERIS DOMINICI DOCU
MENTUM
IIII· DE SERMONE DIUINO QUOD
SIT OPERIS INDICIO PRAE
DICANDUS·
V· DE CULTURA RELIGIONIS
ET MINISTERIO PIETATIS
VI DE DIUITIIS CAELESTIBUS
ET TERRENIS QUAE ANIMAS
CECITATE CONSUMENT
VII· DE LEGE LIBERTATIS QUAM
INPLERI OMNIFARIAM EX
HORTATUR ET SEUERITATE
IUSTI IUDICIS
VIII· DE FIDE QUAE NON POTEST
OPERE MOTO FIRMARI ET
AELEMOSYNIS

VIIII· DE NUDIS SERMONIB· QUOD
SIT PROFESSIO INIMICI
ET FIDES SINE OPERE COR
PUS EXANIMAE·
X· DE MAGISTRIS QUI CITRA
TOTAM PERFECTIONEM
ESSE NON POSSUNT·
XI· DE LINGUA UIX EDOMABILE
MALUM
XII· DE SAPIENTIA CAELESTI
ET TERRENA
XIII· DE AMICIS DI QUOD MUNDI
NEQUEANT FERE AMATORES
XIIII· DE HIS QUI UERA LOCUNTUR
QUOD CULPAM NEQUEANT
DETRACTIONIS INCURRERE
XV· DE INCERTU MUITAE ET PRO
LIXIS DISPUTATIONIBUS
XVI· DE SUPPLICIIS SAECULI DI
UITUM INIUSTORUM
XVII· DE ADUERSORUM TOLE
RANTIA ET RETRIBUTIONE
XVIII· DE PASSIONIB· MARTYRUM
ET IPSIUS DNI ET QUOD IN
SECUTORIBUS SUIS NON RED
DIDERINT TALIA
XVIIII· DE REMEDIIS UITAE PRAE
SENTIS
XX· DE UIRTUTIB· SCORUM ET
CONUERSORIBUS EORUM
QUI FUERINT PECCATIS
ADSTRICTI·
EXP· CAPIT· SCI· IACOBI

INC· IPSA EPISTULA

SEQ. EPIST. SCI IACOBI

IACOBUS DEI ET DOMINI NOSTRI IESU XPI
SERVUS, DUODECIM TRI BU
BUS QUAE SUNT IN DISPER
SIONE SALUTEM. OMNE
GAUDIUM EXISTIMATE FRA
TRES MEI CUM IN TEMPTA
TIONIBUS VARIIS INCIDERI
TIS. SCIENTES QUOD PRO
BATIO FIDEI VESTRAE PATI
ENTIAM OPERATUR. PATI
ENTIA AUTEM OPUS PER
FECTUM HABET, UT SITIS
PERFECTI ET INTEGRI IN NUL
LO DEFICIENTES. SI QUIS AU
TEM VESTRUM INDIGET SA
PIENTIA, POSTULET A DEO
QUI DAT OMNIBUS AFFLUEN
TER ET NON IMPROPERAT,
ET DABITUR EI. POSTULET
AUTEM IN FIDE NIHIL HAESI
TANS. QUI ENIM HAESITAT SI
MILIS EST FLUCTUI MA
RIS QUI A VENTO MOVETUR
ET CIRCUMFERTUR. NON
ERGO AESTIMET HOMO ILLE
QUOD ACCIPIAT ALIQUID A DO
MINO. VIR DUPLEX ANIMO INCONSTANS
EST IN OMNIBUS VIIS SUIS.
GLORIETUR AUTEM FRATER
HUMILIS IN EXALTATIONE SUA,
DIVES AUTEM IN HUMILITATE
SUA, QUONIAM SICUT FLOS
FAENI TRANSIBIT. EXOR
TUS EST ENIM SOL CUM ARDO

AD DISPERSOS

ET FLOS EIUS DECIDIT ET DE
COR VULTUS EIUS DEPERIIT,
ITA ET DIVES IN ITINERIBUS
SUIS MARCESCIT.
II. BEATUS VIR QUI SUFFERT
TEMPTATIONEM, QUO
NIAM CUM PROBATUS FUE
RIT ACCIPIET CORONAM VI
TAE, QUAM REPRO
MISIT DS DILIGENTIBUS SE.
NEMO CUM TEMPTATUR DI
CAT QUIA A DO TEMPTATUR.
DS ENIM INTEMPTATOR
MALORUM EST, IPSE AUTEM
NEMINEM TEMPTAT.
UNUSQUISQ. VERO TEMPTA
TUR A CONCUPISCENTIA
SUA ABSTRACTUS ET INLEC
TUS. DEINDE CONCUPIS
CENTIA CUM CONCEPERIT
PARIT PECCATUM, PEC
CATUM VERO CUM CONSUM
MATUM FUERIT GENERAT
MORTEM.
III. NOLITE ITAQ. ERRARE FR
MEI DILECTISSIMI. OMNE
DATUM OPTIMUM ET OM
NE DONUM PERFECTUM DE
SURSUM EST, DESCEN
DENS A PATRE LUMINUM, APUD
QUEM NON EST TRANSMU
TATIO NEC VICISSITUDINIS
OBUMBRATIO. VOLUN
TARIE GENUIT NOS VERBO
VERITATIS.

INITIUMALIQUODCREATU
RAEEIUS· SCITISFRATRES
MEIDILECTI· SITAUTEM
OMNISHOMOUELOXADAU
DIENDUM· TARDUSAUTE
ADLOQUENDUMETTARDUS
ADIRAM· IRAENIMUIRI
IUSTITIAMDINONOPERATUR
IIII PROPTERQUODABICIENTES
OMNEMINMUNDITIAM
ETABUNDANTIÃMALITIAE
INMANSUETUDINESUSCI
PITEINSITUMUERBUM
QUODPOTESTSALUAREANI
MASUESTRAS· ESTO
TEAUTEMFACTORESUER
BIETNONAUDITORESTAN
TUMFALLENTESUOSMET
IPSOS· QUIASIQUISAUDI
TORESTUERBIETNONFAC
TOR· HICCOMPARABITUR
UIROCONSIDERANTIUUL
TUMNATIUITATISSUAE
INSPECULO· CONSIDE
RAUITAUTEMSEETABIIT
ETSTATIMOBLITUSEST
QUALISFUERIT· QUIAU
TEMPERSPEXERITINLE
GEPERFECTÃLIBERTATIS
ETPERMANSERIT· NON
AUDITOROBLIUIOSUSFAC
TUSSEDFACTOROPERIS
HICBEATUSINFACTOSUOERIT
V SIQUISAUTEMPUTATSE
RELIGIOSUMESSE·

NONREFRENANSLINGUAM
SUAMSEDSEDUCENSCOR
SUUM· HUIUSUANAEST
RELIGIO· RELIGIOMUN
DAETINMACULATAAPUD
DMETPATREMHAECEST
UISITAREPUPILLOSETUIDU
ASINTRIBULATIONEEORU
INMACULATUMSECUSTODI
REABHOCSAECULO·
VI FRATRESMEI· NOLITE
INPERSONARUMACCEP
TIONEMHABEREFIDEM
DNINIHUXPIGLORIAE
ETENIMSIINTROIERITIN
CONUENTUUESTRO·
UIRAUREUMANULUMHA
BENSINUESTECANDIDA
INTROIERITAUTEMETPAU
PERINSORDIDOHABITU
ETINTENDATISEUMQUIIN
DUTUSESTUESTEPRAE
CLARA· ETDIXERITISTU
SEDEHICBENE· PAUPE
RIAUTEMDICATISTUSTA
ILLICAUTSEDE· SUBSCA
BILLOPEDUMMEORUM
NONNEIUDICATISAPUDUOS
METIPSOS· ETFACTI
ESTISIUDICESCOGITATIO
NUMINIQUARUM· AUDI
TEFRATRESMEIDILECTIS
SIMI· NONNEDSELE
GITPAUPERESINHOCMUN
DODIUITESINFIDE·

Et heredes regni quod re-
promisit ds diligentib se
Uos autem exhonorastis
pauperem. Nonne
diuites per potentiam
opprimunt uos. Et ip-
si trahunt uos ad iudicia.
Nonne ipsi blasphemant
bonum nomen quod inuo-
catum est super uos.
Si tamen legem perficitis
regalem secundum scrip-
turas. Diliges proxi-
mum tuum sicut te ipsum
bene facitis. Si autem
personas accepitis pec-
catum operamini. Redar-
guti a lege quasi trans-
gressores. Quicumque
autem totam legem ser-
uauerit. Offendat au-
tem in uno factus est
omnium reus. Qui enim
dixit non moechaberis
dixit et non occides.
Quod si non moechaberis
occides autem. factus
es transgressor legis.
Sic loquimini et sic facite
sicut per legem libertatis
incipientes iudicari.
Iudicium enim sine mise-
ricordia illi qui non fe-
cit misericordiam.
Superexultat autem miseri-

ADDISPERSOS

cordia iudicio

VIII. Quid proderit fratres
mei si fidem quis dicat se
habere opera autem non
habeat. Numquid pote-
rit fides saluare eum.
Si autem frater aut soror
nudi sunt et indigent uic-
tu cotidiano. dicat au-
tem aliquis de uobis illis
ite in pace calefacimini
et saturamini. Non de-
deritis autem eis quae
necessaria sunt corpori
quid proderit. Sic et fi-
des si non habet opera
mortua est in semet ipsa.

VIIII. Sed dicet quis tu fidem
habes et ego opera habeo
Ostende mihi fidem tuam
sine operibus. et ego
ostendam tibi ex operib
fidem meam. Tu cre-
dis quoniam unus est ds
bene facis. et daemones
credunt et contremes-
cunt. Uis autem scire
o homo inanis quoniam
fides sine operib otiosa
est. Abraham pater
noster nonne ex operib
iustificatus est. Of-
ferens isaac filium suum
super altare. Uides
quoniam fides cooperabatur

operibus illius. et ex ope
ribus fides consumma
ta est. et suppleta est
scriptura dicens.
Credidit abraham deo et re
putatum est illi ad iusti
tiam. et amicus dei ap
pellatus est. uide
tis quoniam ex operibus
iustificatur homo et
non ex fide tantum. si
militer autem et raab
meretrix. non ne ex
operibus iustificata est
suscipiens nuntios et alia
uia eiciens. sicut enim
corpus sine spu emor
tuum est. ita et fides
sine operib; mortua est
X Nolite plures magistri
fieri fratres mei. sci
entes quoniam maius iu
dicium sumitis. in mul
tis enim offendimus om
nes. si quis in uerbo
non offendit hic perfec
tus est uir. potest etiam
freno circumducere
totum corpus. si autem
equorum frenos in ora
mittimus ad consentien
dum nobis. et omne
corpus illorum circum
ferimus. ecce et na
ues cum magnae sint

et a uentis ualidis minen
tur. circumferun
tur autem modico guber
naculo ubi impetus di
rigentis uoluerit. ita
et lingua. modicum
quidem membrum est
et magna exultat.
XI. Ecce quantus ignis quam
magnam siluam incen
dit. et lingua ignis est
uniuersitas iniquitatis
lingua constituitur in
membris nostris. quae
maculat totum corpus
et inflammat rotam na
tiuitatis nostrae infla
mata a gehenna. omnis
enim natura bestiarum
et uolucrum et repen
tium. et iam ceterorum
domantur et domita sunt
a natura humana. lin
guam autem nullus homi
num domare potest.
inquietum malum. ple
na ueneno mortifero
in ipsa benedicimus dnm
et patrem. et in ipsa
maledicimus homines
qui ad similitudinem di
facti sunt. ex ipso
ore procedit benedi
ctio et maledictio. non
oportet fratres mei

i. red unum per ... hoc
fidem et opus ... salute
q induat in op ...
... abundat ...
in fide.

i. malorum uindictam
per multitudinem ...
... magistrorum

... fidem cum operibus
confirmauit ... opus
cum fide ...
...

i. magna uel ...
...

haecitafieri. Num
quidfonsdeeodemfora
mineemanatdulcemet
amaramaquam. Num
quidpotestfratresmei
ficus·uuasfacere·aut
uitisficus. Sicnequesal
samdulcempotestface
reaquam. Quissapiens
etdisciplinatusinteruos
Ostendatexbonaconuersa
tioneoperationemsuamin
mansuetudinesapientiae
XII· Quodsizelumamarumha
betisetcontentionessint
incordibusuestris. No
liteglori arietmendaces
esseaduersusueritatem
Nonestenimistasapientia
desursumdescendens
Sedterrena. animalis
diabolica. Ubienimze
luset contentioibiincons
tantiaetomneopuspra
uum. Quaeautemde
sursumestsapientia
Primumquidempudica
est. deindepacifica
modesta·suadibilis·
Bonisconsentiens. ple
namisericordiaetfruc
tibusbonis. iudicans
sinesimulatione. Fruc
tusautemiustitiaesemi
[in pacem]
naturfacientibuspacem

XIII· Undebellaetlitesinuo
bisnonnehincexconcu
piscentiisuestris. quae
militantinmembris
uestris. Concupisci
tisetnonhabetis. Oc
ciditisetzelatisetnon
potestisadipisci. Liti
gatisetbelligeratis
Nonhabetispropterquod
nonpostulatis. Peti
tisetnonaccipitiseo
quodmalepetatis. ut
inconcupiscentiisues
trisinsumatis. adul
teri. Nescitisquiaami
citiahuiusmundiinimi
caestdeo.
XIIII· Quicumqueergouolue
ritamicusessesaeculi
huius. inimicusdei
constituitur. autpu
tatisquiainaniterscrib
turadicat. adinuidiam
concupiscitspiritusquiinha
bitatinuobis. Maio
remautemdatgratiam ·i· humilib·
propterquoddicit. deus
superbisresistithumi
libusautemdatgratiam
Subditiigiturestotedeo
resistiteautemdiabolo
etfugietauobis. adpro
pinquatedeoetadpro
pinquauituobis.

ł uos beati qui lugetis nunc ...

EMUNDATE MANUS PECCA
TORES. ET PURIFICATE
CORDA DUPLICES ANIMO.
MISERI ESTOTE. ET LUGE
TE ET PLORATE. RISUS
UESTER IN LUCTUM CONUER
TATUR. ET GAUDIUM IN MOE
ROREM. HUMILIAMINI
IN CONSPECTU DOMINI ET EXAL
TABIT UOS. NOLITE DETRA
HERE DE ALTERUTRUM FRA
TRES. QUI DETRAHIT FRA
TRI AUT QUI IUDICAT FRA
TREM SUUM. DETRA
HIT LEGI ET IUDICAT LEGEM
SI AUTEM IUDICAS LEGEM
NON ES FACTOR LEGIS SED
IUDEX. UNUS EST LE
GISLATOR ET IUDEX. QUI
POTEST PERDERE ET LIBE
RARE. TU AUTEM QUIS
ES QUI IUDICAS PROXIMUM
XV ECCE NUNC QUI DICITIS HODIE
AUT CRASTINA IBIMUS IN
ILLAM CIUITATEM ET FACI
EMUS QUIDEM IBI ANNUM
ET MERCABIMUR ET LUCRUM
FACIEMUS. QUI IGNO
RATIS QUID ERIT IN CRAS
TINUM. QUAE ENIM EST
UITA UESTRA. UAPOR
EST AD MODICUM PARENS
DEINCEPS EXTERMINATUR
V PRO EO UT DICATIS SI DNS
UOLUERIT ET SI UIXERIMUS

u. i. ideo dixi uobis

FACIEMUS HOC AUT ILLUD
NUNC AUTEM EXULTATIS IN
SUPERBIIS UESTRIS. OM
NIS EXULTATIO TALIS MA
LIGNA EST. SCIENTI IGI
TUR BONUM FACERE ET
NON FACIENTI PECCATUM
EST ILLI.
XVI AGITE NUNC DIUITES PLORATE
ULULANTES IN MISERIIS
QUAE ADUENIENT UOBIS
DIUITIAE UESTRAE PUTRAE
FACTAE SUNT. ET UES
TIMENTA UESTRA A TINEIS
COMESTA SUNT. AURUM
ET ARGENTUM UESTRUM
ERUGINAUIT. ET ERUGO
EORUM IN TESTIMONIUM
UOBIS ERIT. ET MANDU
CABIT CARNES UESTRAS
SICUT IGNIS. THESAURI
ZASTIS IN NOUISSIMIS DIEB.
ECCE MERCES OPERARIO
RUM QUI MESSUERUNT
REGIONES UESTRAS. QUI
FRAUDATUS EST A UOBIS
CLAMAT. ET CLAMOR IP
SORUM IN AURES DNI SA
BAOTH INTROIIT. EPU
LATI ESTIS SUPER TERRAM
ET IN LUXURIIS ENUTRISTIS
CORDA UESTRA. IN DIE
OCCISIONIS ADDIXISTIS OC
CIDISTIS IUSTUM NON RES
TITIT UOBIS. PATIENTES

[illegible] quod in ... mandu ca uit carnes ... [illegible]

[illegible] ... dixit ... [illegible]

7 IGITUR ESTOTE FRATRES
USQUE AD ADUENTUM DNI
XVII ECCE AGRICOLA EXPECTAT
PRAETIOSUM FRUCTUM
TERRAE PATIENTER FE
RENS DONEC ACCIPIAT
TEMPORANEUM ET SEROTINUM
PATIENTES ESTOTE ET UOS
ET CONFIRMATE CORDA UES
TRA QUONIAM ADUENTUS
DNI ADPROPINQUABIT
NOLITE INGEMESCERE FRA
TRES IN ALTERUTRUM UT
NON IUDICEMINI ECCE
IUDEX ANTE IANUAM ADSIS
TIT EXEMPLUM ACCIPITE
FRATRES LABORIS ET PATI
ENTIAE PROPHETAS QUI LO
CUTI SUNT IN NOMINE DNI
XVIII ECCE BEATIFICAMUS QUI
SUSTINUERUNT SUFFE
RENTIAM IOB AUDIS
TIS ET FINEM DNI UIDISTIS
QUONIAM MISERICORS EST
DNS ET MISERATOR
XVIIII ANTE OMNIA AUTEM FRA
TRES MEI NOLITE IURARE
NEQUE PER CAELUM NEQUE
PER TERRAM NEQUE ALIUD
QUODCUMQ IURAMENTUM
SIT AUTEM UESTRUM EST
EST NON NON UT NON
SUB IUDICIO DECIDATIS
TRISTATUR ALIQUIS UESTRUM
ORET AEQUO ANIMO EST PSAL

LAT INFIRMATUR ALI
QUIS EX UOBIS INDUCAT
PRESBYTEROS ECCLESIAE
ET ORENT SUPER EUM
UNGUENTES EUM OLEO IN NO
MINE DNI ET ORATIO FI
DEI SALUABIT INFIRMUM
ET ADLEUABIT EUM DNS
ET SI IN PECCATIS SIT REMIT
TETUR EI CONFITEMINI
ERGO ALTERUTRUM PECCA
TA UESTRA ET ORATE PRO
INUICEM UT SALUEMINI
MULTUM ENIM UALET DE
PRECATIO IUSTI ADSIDUA
XX HELIAS HOMO ERAT SIMI
LIS NOBIS PASSIBILIS ET
ORATIONE ORAUIT UT NON
PLUERET SUPER TERRAM
ET NON PLUIT ANNOS TRES
ET MENSES SEX ET RUR
SUM ORAUIT ET CAELUM
DEDIT PLUUIAM ET TER
RA DEDIT FRUCTUM SUUM
FRATRES MEI SI QUIS
EX UOBIS ERRAUERIT A UE
RITATE ET CONUERTERIT
QUIS EUM SCIRE DEBET
QUONIAM QUI CONUERTI
FECERIT PECCATOREM
AB ERRORE UIAE SUAE
SALUABIT ANIMAM EIUS
A MORTE ET OPERIT MUL
TITUDINEM PECCATORUM